Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Jodoci Badij asce[n]sij Stultifer[a]e navicul[a]e seu scaph[a]e, Fatuarum mulierum: circa sensus quinq[ue] exteriores fraude nauigantium ...

Badius Ascensius, Jodocus

[Straßburg], 1502

VD16 B 145

Stulte contactionis strapha

urn:nbn:de:bsz:31-294548

Visual Library

Stulte contactionis ſcapha.

Scapha ſtultȩ contactionis

Vintus & vltimus ſenſuum eſt tactus: om
q̄ nibus animalibus cōmunis & per oīa fe-
re membra diffuſus: qui tanto periculoſior
eſt quanto maior in eo voluptas: Extrema em̄ linea
amoris in eo cōſummaẗ. Sūt aūt ſcd'm donatū quin Quinq̃
q̃ lineȩ amoris: quȩ hoc verſiculo cōtinentur Viſus lineȩ amo
colloquium cōuictus baſia factum Prima igiẗ linea ris.
amare eſt viſu conniuere: arridere: petos oculos inij
cere/ & tacite conſentire quȩ multis ſine reliquis da
tur. Secūda facta poteſtate & inuenta oportunitate
colloqui/ pollicȩri/ blandiri/ deſideria animi aperire
Tertia: comeſſare cōpotare: & in ſecreto conuiuere
Quarta q̄ oriẗ ȩx talibus: eſt baſia & laſciua oſcula

dare. Quinta eſt coire. In prima potiſſimũ peccat viſus. In ſecunda auditus. In tertia guſtus. In quarta olfactus. In quinta tactus. Sunt ergo cõcatenatę huiuſmodi ſenſationes quę omnes ad venerẽ excitãt: & p̃cipue quę ad guſtũ ſpectat crapula: & ebrietas. vñ Virgi. in epigrãmate qđ explanare pollicitus ſũ

Virgilius in epigrãmate

Nec veneris nec tu vini capieris amore
Vno namq̃ modo vina venuſq̃ nocent
Vt venus eneruat vires: ſic copia vini
Et tentat greſſus debilitatq̃ pedes
Multos cęcus amor cogit ſecreta fateri
Archanum demens detegit ebrietas
Bellum ſępe petit ferus exitiale cupido
Sepe manus itidem bacchus ad arma vocat
Perdidit horrendo troiam venus improba bello
Et laphytas bello perdis iacche graui.
Deniq̃ cum mentes hominum furiarit vterq̃
Et pudor & probitas & metus omnis abeſt.
Compedibus venerem vinclis conſtringe lyeum
Ne te muneribus lędat vterq̃ ſuis
Vina ſitim ſedant: natis venus alma creandis
Seruit: finem horum tranſiluiſſe nocet. Hęc ille.

Quibus innuit veneris & vini vtilem immo neceſſariũ eſſe vſum vini ad reſtinctionẽ ſitis: & veneris ad ꝓpagationem ꝓlis: ſed vtriuſq̃ abuſum eſſe in multis nociuũ & magnę diſcordię ac cędis cauſam Nam troianũ bellum ꝓpter venerem quę ſuaſit helenã rapi ortũ eſt: & troia deſtructa: & laphitę populi theſſalię ebrij effecti a cẽtauris interfecti ſunt: cętera notiora puto q̃ quę declarãda ſint. neq̃ opus eſt vt multis verbis explicẽ: quãtus fuerit & ſit veneris abuſus & quãta illiciti cõtactus ſtulticia cũ vix aliud aut legas aut videas. In hac ſcapha ſunt filij dei/ qui

Stulte cōtactionis ſcapha.

cū filiabus hominū peccauerūt: filij iſrael qui ad fili
as moabitarū e contulerunt Dauid: filij eius Zodo
mitę & vicini eorꝝ. Quinadeo ſi omnia corpora
hoc ſenſu polluta in nauim vnā congregent̄ nō eſt
tam vaſtum mare vt ea recipiat. hic ſunt q ſuſannā
Lucretiam & mille alias violare voluerūt. & vt Pli-
nius dicit innumerabilibus modis/ & p ſingula mē
bra hoc ſenſu peccamus: Quinadeo ipſe Plinius li
bro .x. ca. lxxij. ſic ait. Ceteris ſatietas in coitu: homi
ni pene nulla. Meſſalina claudij cęſaris cōiunx rega
lem exiſtimās palmam elegit in id certamē nobiliſſi
mā e proſtitutis ancillam mercenarię ſtipis: eamqꝫ
die ac nocte ſuperauit quinto ac vigeſimo cōcubitu
De qua Iuuenalis ſatyra ſexta. Laſſata viris nondū
ſatiata receſſit: quia ergo tātus eſt libidinis impetus
in homine: finxerūt poetę etiā deorꝝ adulteria: & ſe-
cundum Iuuenalem prima peccata fuerūt luxurię.
Dicit em̄ eadem ſatyra. Viderūt primos argentea ſę
cula mœchos. Audiamus ergo ſed nō ſequamur ſe
quens celeuſma.

Filij iſr · Bräthire · Dauid · Zodomite · Suſanna · Lucretia · Plinius · Meſſalina · Deorꝝ adulteria · Iuuenalis

¶ Celeuſma ſtultę contactionis.

Mollis adeſto cohors: veneris gratiſſima cura
Idalios lucos templaqꝫ viſo paphi,
Alma venus teneram dabit illic cuiqꝫ puellam
Atqꝫ aduentanti baſia melliflua.
Qualia laſciuo dedit oſcula ſępe tonanti
Dardanius phrygia raptus ab arce puer